



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institviones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

V. De instituendis pueris, & rudibus circa necessaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

*De pueris, aut adultis rudioribus, præci-  
puè rusticans.*

**S**i quos adeò rerum ad salutem ne-  
cessariarum rudes deprehendas : vt  
ignorent esse unum D E V M mundi  
creatorem , & gubernatorem , qui  
bonos post hanc vitam præmiet, ma-  
los puniat , ne priùs absolue, quām  
id sciant : facile est, id paucis edocere,  
difficilius , vt intelligant esse trinum  
in personis , ex iis Filium natum ex  
Virgine, nobis redimendis passum, ac  
mortuum resurrexisse , quæ tamen  
omnino esse ad salutem necessaria ali-  
qui Theologi existimant: itaq; id etiam  
effice , vt hæc quoque, confuso saltē  
modo , credant. Reliqua mysteria,  
quæ ex præcepto addiscere tenentur ,  
saltē quoad rei substantiam , & ,  
prout in Symbolo Apostolorum con-  
tinentur , si discere neglexerint, se ac-  
cusent, proponantq; daturos operam,

vt

96 *Institutionum Pastoralium*

ut addiscant, ut etiam orationem sal- qui  
tem Dominicam, præcepta Dei, & pub-  
Ecclesiæ, & quæ sint Sacra- menta. Sci- ant  
re in particu- lari debent, Sacra- mentum ad  
pœnitentiæ vnum esse ex septem à quo  
Christo institutis, prærequiri examen  
conscientiæ de peccatis, adferri debe-  
re detestationem, & dolorem, cum  
proposito vitæ melioris, confessionem  
peccatorum mortalium debere esse  
quantum fieri potest, integrum: qua  
omnia sigillatim explicare, tunc pri-  
mùm, cùm ad confitendum accedunt,  
operosum foret. Quare, vbi plures  
sunt eiusmodi rudiores, vt in pagi  
sunt pauperes, & qui pecoribus custo-  
diendis vacant, itemq; pueri, & puel-  
læ, qui neq; in scholis, neq; in lectio-  
ne catechistica erudiuntur; congre-  
gabis illorum plures simul, circa pra-  
cipias anni festiuitates: vt perte, vel  
alium idoneum de credendis, scien-  
dis, déq; ratione confitendi instruan-  
tur, Ne tamen imiteris nonnullos,  
qui

em sal. qui pueros, & puellas conuocant, &  
dei, & publicè confiteri iubent, vt ita instru-  
a. Sci. ant: sed si confessuri sunt, priuatim, &  
entum ad aurem excipe, & examina; tum,  
em à quos videris capaces, absolue, ne gra-  
xamen tiâ Sacramenti fraudentur: si dubi-  
debe- tas, appone conditionem, si capax sis,  
, cum dispositus.

NVM: VI.

*De indispositis propter excommunicati-  
tionem.*

**E**xcommunicatione maiori inno-  
datos non priùs à peccatis absolu-  
nes, quàm eo vinculo absolueris, si  
potes: alioqui remitte ad Superiorem,  
penès quem residet ea potestas, nisi  
vgeret mortis periculum; tunc enim  
potes, & probabiliter eo saltē casū,  
quo annuæ Communionis præceptum  
premeret, neq; absque scandalō omitti,  
neque Superior adiri posset sine graui  
admodum incommodo, essetque ex-  
communicatio occulta ( alioqui fieret  
scandalum ) absolues autem cum one-

E res